



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

Sexta. De deuota visitatione nati pueri Iesu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

Pro-  
hodie  
ndum,  
super  
Ho-  
tus in  
cali,  
de re-  
excit-  
s iusti  
est in  
umen  
sta in  
nedi-  
ij lu-  
Non  
, sed  
endā-  
eme-  
per-  
is est  
devo-  
nodie  
Fiat  
ata-  
lau-  
verē  
me-  
s est  
iba-  
ram  
ma-  
iosa  
um,  
in  
est,  
atus  
nfis-  
tas,  
am  
ni-  
te  
te Iesu Christe, qui propter nos homines redimendos, naturam nostram assumpsisti. Benedico te Spiritus sancte paraclete, qui cuncta redemptionis nostrae sacramenta, ab initio usque ad finem; gloriosè & mirificè perfecisti. Sit tibi infinita laus & gloria, sit honor tibi & imperium, ô summa sempiternaque Trinitas; cuius prouidentia & ordinatione, facta est nobis tam iucunda & solemnis festiuitas. Amen.

## S E X T A.

*De deuota visitatione nati pueri Iesu.*

1. **N**VM, quem diligat anima mea, vidistis? Vobis loquor Angeli Cant. 9.  
sancti: dicite mihi de Iesu meo, quod nostis. Vbi est par-  
Isaia 9.  
vulus, qui natus est nobis? Indicate mihi, quē diligat anima mea. Quòd si mihi indicare non vultis, dicite saltem per eos, quos di-  
gnos iudicaueritis. Vobis loquor pastores, dicite mihi de Iesu  
meo, quod nostis. Vbi est parvulus, qui natus est nobis? Quid an-  
nūcias vobis Angelus? Annuntio( inquit) vobis gaudiū magnum. Luca 2.  
quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus Dominus in ciui-  
tate David. Et quod vobis signum dedit? Inuenietis ( ait) infantem Ibid.  
pannis insolutum, & possum in præsepio. Et quid cantauerunt An-  
geli sancti? Gloria in excelsis Deo cantauerunt. Et post hæc, quid Ibid.  
vos fecistis? Statim cum festinatione & gaudio traximus usque  
Bethleem, & inuenimus Iesum in præsepio iacentem. O mi, quid  
audio; quam dulce est & iucundum, quod percipio. Sufficit mihi  
modo: vadam, & videbo hunc puerum, antequam moriar. Expe-  
ctate tamen paulisper, ibo vobiscum, & hospitiū vnum erit om-  
níum nostrū. Et vos Angeli Dei omnes concurrite, & recto  
itinere ad præsepe Christi me perducite.

2. Aperite mihi Ioseph & Maria, aperite ostiū dilecti mei: ut  
ingressus tabernaculum eius, adorem sancta vestigia eius, Om-  
nes reges terræ desiderabant videre faciem Salomonis, & audire  
sapientiam eius, & ecce plusquam Salomon hic. Sinite ergo me in- Matth. 12.  
troire, ut deosculer scabellum pedum eius. Hic est enim de quo  
præloqui sunt Prophetæ, quem annuntiauerunt Angeli, quem  
visitarunt pastores alacres & deuoti. Hic est, quem quero, quem  
amo, quem videre desidero.

3. Quid trepidas anima mea? Clama, pete, pulsa, donec aperia-  
tur tibi ianua. Ingredere locum tabernaculi admirabilis, usque ad Psal. 41.  
domum Dei. Accede fiducialiter, & iunge te parvulo recens nato  
cordialiter: quia nō abiicit te nec fugabit, sed filēter admittet, &  
gratiā suam tibi ostendet. Ne timeas à facie vagiētis in præsepio,  
plangit tua peccata, non sua incommoda. Venim enim te quære-  
re, non perdere. Venit te salvare, non iudicare. Venit te soluere,  
non

202 DE NATIVITATE CHRISTI.  
non ligare. Venit mala pati, non irrogare. Cupit te liberare, non  
incarcerare.

4. Quid trepidas ad pauperculum puerum? Deus est (inquis) &  
in manu eius potestas & imperium. Verum est. Sed non modò  
venit, vt iudicet, sed vt peccata dimittat. Pretendit misericordiā,  
suspendit vindictam. Offert gratiam, differt iram. Ostēdit amo-  
rem, excludit timorem. Appetit magis amari, quam timeri. Dic  
ergo: Saluator meus & redemptor meus es tu, Domine Deus  
meus, bene aduenisti hodie. O desiderabilis & nimis amabilis  
puer, ostende mihi misericordiam tuam, qui nondum idoneus  
sum videre gloriam tuam. Porridge mihi dexteram tuam, qui non  
sufficio portare iustitiam tuam. Propter immensam charitatem  
tuam, dele omnē iniquitatem meam. Infirmus sum & ulcerosus,  
sana animam meam. Cæcus sum & nudus, illumina tenebras  
meas, & orna me virtutibus veris. Aridus sum & claudus, irriga  
faciem meam lachrymis, & dirige omnes gressus meos in semitis  
euis. Tibi dicit cor meum, exquirit te facies mea, faciem tuam  
(Domine Iesu) videre desidero, & cum Angelis & pastoribus de-  
votè visitare. Tu es enim salutare vultus mei, & Deus meus ve-  
rè super omnia mihi amandus.

5. Nemo te pulchrior, nemo amabilior, nemo te nobilior, ne-  
mo te sanctior. Tu omnibus sapientibus sapientior, omnibus di-  
tior, omnibus maior. Tuis sunt cali, & tua est terra, mare & omnia,  
qua in eis sunt. Tuus est dies & tua est nox, æstatem & ver tu psal-  
masti, & omnia certis temporibus ordinasti, qui in obscura no-  
cte & hyemali frigore nasci voluisti. O mira & ineffabilis dilec-  
tio Dei, & Domini mei Iesu Christi vagientis in præsepio, quæ  
laudent & adorant omnes Angeli in cœlo! O quæ magnas gratias  
teneor retribuere amantissimo Domino meo, Salvatori ac Re-  
demptori meo, pro salute meo nato: qui in stabulo coram anima-  
libus non refugit hospitium, quasi pauperculus homo. Certè nil  
dignum laudis habeo, sed tamen voluntatem bonam libenter ti-  
bi offero, in signum charitatis & gratitudinis. Quid amplius?  
Cantabo cum Angelis sanctis? An plorabo ex compassione, re-  
cogitando lachrymas pueri vagientis? Vtrumque placet, vtrum-  
que agere delectat: & cum Iesu plorare, & cum Angelis Iesum  
laudare. Et hoc totum ad gloriam Dei opto facere: atque meip-  
sum coram oculis maiestatis eius humiliare, qui seipsum usque  
ad formam paruuli pueri humiliavit.

Psal. 28.  
Psal. 73.

SEPTI-

